



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

II. Markgraf Woldemars Versicherung über die Grenzen des Landes Bellin,  
v. 12. Aug. 1319.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

## U r k u n d e n.

## I. Die Markgrafen Otto, Conrad, Heinrich, Johann und Otto der Jüngere verkaufen das Land Bellin dem Bisthume Havelberg, am 13. Juli 1294.

Otto, Conradus, Hinricus, Johannes et Otto Junior dei gracia Marchiones Brandenburgenses et de Landesberg, omnibus inperpetuum; Ne rei geste memoria labente tempore simul cum tempore dilabatur, dignum videtur et est, ut ea, que per nos fiunt, fulciantur testibus et testimonio literarum. Hinc est, quod universis cristi fidelibus tam presentis temporis, quam posteri, volumus esse notum, quod de consensu coheredum nostrorum et maturo consilio vassallorum et secretariorum nostrorum venerabili in cristo patri domino Johanni Havelbergensis ecclesie episcopo ac suis successoribus, ecclesieque Havelbergensi predictae terram Bellin, cum civitate Bellin, et villis adiacentibus, videlicet Tarmow, Hakenberge, Lynum, Degete, Karwese, Butfin, Lentezik, Brunne, metis distinctionibus suis, agris, pratis, pascuis, palludibus, aquis, censibus, aquarum piscaturis, censibusque earumdem piscationum, lignis, censibusque lignorum, venationibus, molendinis, et cum censu dammonis et omnibus bonis, tam in pheodatis, quam pheodatis, ac omnibus usibus, iuribus et pertinenciis suis, sicut progenitores nostri et nos noscimus hactenus possedisse, vendidimus et donauimus, iure proprio seu proprietatis titulo in perpetuum libere possidenda, pro duobus millibus marcarum argenti stendaliensis, de qua pecunia defalcauimus eidem Johanni episcopo, et ecclesie havelbergensi octingentas marcas, pro debitis, damnis, injuriis, et offensis, in quibus dicte ecclesie satisfacere tenebamur. Residuas vero videlicet mille et CC marcas recepimus in parato. Renunciantes omni juri et proprietati, que nobis in dicta terra Bellin ac suis pertinenciis competeat. Ut autem hec venditio et proprietatis donatio a nobis et nostris successoribus inconuulsa perpetuis temporibus maneat atque firma, presentes literas conscribi fecimus, et sigillorum nostrorum appensionibus iussimus communiri. Nota sunt hec venerabili in Cristo patri, domino Erico, Sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopo, Wyzfk Caminensis electo, Hinrico de Wardenbergh, Joh. de Oldenyliet, Romolo, Hinr. de stegelitz, Joh. de Blanckenburg, Buffo, de Cocstede, Joh. de Jagow, Zab. de Plawe, militibus, Johann. preposito de Granfoye in ecclesia Havelbergensi Hinrico de Wyda preposito de Jagow Capellanis nostris et aliis quam pluribus fide dignis Dat. Prinflaw, A. Dom. M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XCIV<sup>o</sup>, III<sup>o</sup>. Id. Julii per magistrum Johannem, dictum passer, Canonicum Stendalensem Imperialis aule ac nostrum notarium.

Nach dem Havelberger Copialbuche des Geh. K<sup>ab</sup>. Archives fol. 16.

## II. Markgraf Woldemars Versicherung über die Grenzen des Landes Bellin, v. 12. Aug. 1319.

Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et luzacie Marchio, omnibus inperpetuum. Questio finium regundorum suos vibrat aculeos aut prope absencium seu mensuris errorem aut prope uiciorum auariciam, qui alienos fines conatu illicito inuadere moluntur. Hinc est, quod nos presentibus huius morbis oportuno remedio conamur occurrere et futuris, prout nobis ab alto conceditur

precauere, Presentium tenore manifeste renunciamus in solidum et expresse omni petitioni, quam circa fines terre Bellin hucusque habuimus uel ex iure uel ex facto habere potuerimus in futurum, uolentes fines et limites dicte terre eo modo et forma futuris obseruari temporibus, qui seu que in priuilegiis ecclesie havelbergensis a nobis seu a nostris maioribus super hiis traditis inueniuntur expresse. In cuius rei testimonium nostrum Sigillum presentibus est appensum. Datum et actum Berenwold, dominica ante assumptionem beate virginis, presentibus nostris fidelibus domino Guntero Comite de Keurenborch, droyseke et Johanne de blankenborch nostris dapiferis, Redeke nostro marfcaleo, heinrico seniore de stegelitz, Grifekino, wedege de wedel, hey, de krocheren, dominis Euerhardo berlynensi ac wolt prizwalcenti prepositis, hermanno de luchow nostre Curie Notario cum pluribus fide dignis Sub anno domini M°. CCC°. XIX°. die supradicto.

Nach dem Havelberger Copialbuche fol. 17. Ohne Datum in Küsters Coll. Opusc. XVI, 127.

### III. Der Bischof von Brandenburg verträgt sich mit dem Bischofe von Havelberg über die Zehnten im Lande Bellin, am 9. März 1337.

In nomine domini Amen. Nos ludewicus, dei gracia Episcopus, Theodericus prepositus Totumque Capitulum ecclesie Brandenburgensis vniuersis tam presentibus quam futuris ad quos presentes peruenerint rerum notitiam Subscriptarum. Cum inter nos ex vna, et venerabilem patrem dominum Theodericum Episcopum ecclesie havelbergensis et uasallos et subditos ejus terre Bellin parte ex altera super solucione decimarum questio mota fuisset ad Capitulum in Ecclesia nostra, ut moris est uocatis de iure uocandis et specialiter congregatis, habito inter nos sollempni et diligenti tractatu, amicabilem compositio intercessit, Ita uidelicet, quod predicti secundum consuetudinem hactenus in eadem terra obseruatam a tempore eius cuius contrarii memoria non existit, ecclesiis parrochialibus tricesimam loco decime soluent, Et si quid ultra solui deberet ex certa scientia remittimus et donamus irreuocabiliter inter uiuos. Renunciantes in perpetuum omni proprietati et iuri, quod nobis et ecclesie nostre aut nostris successoribus inperpetuum in dictis decimis uel ad eas ex priuilegio uel iure omnino uel quocumque beneficio competere videatur. Insuper promittimus et obligamus promittendo, quod si quo tempore predictis aut eorum successoribus ullo unquam tempore lis uel controuersia super predictis decimis mota fuerit, nos infra quindenam postquam denunciatum nobis fuerit, ipsam litem et omnem accionem et causam super hoc emergentem in nos et nostram ecclesiam recipiemus et eorum defensionem nos offeremus eos obseruando illesos et indempnes. Pro quo nobis soluerunt Centum marcas argenti Brand. et ponderis, quod quidem argentum confitemur et cententi sumus nos ab eisdem recepisse et habuisse eciam in euidentem et manifestam utilitatem ecclesie nostre conuertisse nobisque integre datum et solutum extitisse, Exceptioni non date, non solute, non numerate pecunie et omni auxilio iuris aut facti renunciantes, quod presens scriptum (sic) et contra ordinacionem nostram possit obici uel opponi. Testes huius rei sunt strenui milites et ministeriales dominus Johannes de buch, hinricus de aluensleue, Jordanus de Nendorp, dominus Borchardus ecclesie havelbergensis prepositus, hermannus de arneborch, Canonicus sancti Nicolai in Magdeburg in Nouo foro, Magister Gherardus de klitzek, Johannes de Cubir ple-